gnat rō clara qꝛ nō videt verosimile ꝙ
emptor vellet dimittere rē ꝛ p̄tiū ipi vē
ditori ꝑ.l.cū de indebito.de ꝓba.c.cuꝫ
sup hoc.de renū. ¶ Nō ob.mō si dicatꝙ
in instrumēto vēditiōis adest ↄstitutuꝫ
quo vēditor cōstituit se ēptoris noīe pos
sidere qꝛ etiā tale cōstitutū vel p̄cariū
nihil opat in ↄ̄ctu simulato:iuxta no.ꝑ
Bar.ꝛ doc.i.l.qđ meo.in princ.de acq̇.
pos.ꝛ in.l.ab ēptiōe.ff.de pac.Bal.in.d.
l.ēptiōe.C.plꝰ va.qđ agit Jo.de imo.in
d.c.cū contingat.vij mēbro.de iureiur.
ꝛ ratio est vt ꝑ doc.vbi.s̄.qꝛ ↄstitutū ad
precariuꝫ intelligit esse simulatū: sicut
ꝛ ipse cōtractꝰ:ꝛ qꝛ ex quo remanet do⸗
miniū penes illū q̇ facit constitutū vel
precariū nō erit p̄carium neqꝫ ↄstitutū.l.
neqꝫ pignꝰ.ꝛ.l.nec ex p̄torio.ff.de re.iu.
preterea p̄fatus.d.Lucas vt asserit em
ptor in testamēto suo annullauit asser⸗
tā venditionē factā vt clare apparet in
dicto suo testamēto.Sūt etiā ꝙ̄plures
cōiecture ꝛ euidētie detecte simulatio⸗
nis quas esset lōgū recēsere:me remit⸗

to ad locos cōes quorum aliquos ag⸗
gregauit Alex.post Bar.in.l.pacta no⸗
uissima.C.de pac.ꝛ vltra allegata ꝑ eū
pōt videri Feli.in.c.si aūt.col.ij.de re⸗
scrip.Vitalis de gābanis in suo tract.
clausularum de cōtractu simulato per
aliquas col.satis plene ꝑ Cep.suo tra⸗
cta.de contractu simulato ꝑ totū vbi si
bene memini posuit.xxvj.aut.xxvij.p̄⸗
sumptiones simulationis.Firma.in re
peti.in ꝟbo contractus simulatus.ꝛ in
verbo simulatio.pōt etiā videri consil.
Lud.cclv.inci.quo ad p̄mū.ꝛ ↄsi.cxlvj.
inci.clarissime assessor.Raph.cu.consi.
lxxxj.ꝛ ↄsi.viij.ꝛ ↄsi.xlj.post prin.ꝛ cōsi.
cxliiij.in fi.ꝛ cōsi.clv.in p̄n.ij.col.ꝛ ꝑ to
tū Raph.fulg.cōsi.cxxxiiij.ꝑ totū.cōsi.
xlij.ꝑ totū.ꝛ cōsi.cxcviij.Pan.cōsi.v.ꝛ
cōsi.l.ↄs.lxxvij.in.j.vol.ꝛ ↄs.xij.in.ij.vo
lu.Ana.ↄsi.lviij.Barb.cōsi.lj.in.j.vol.
ꝛ cōsi.vij.col.iiij.in.ij.vol.Pau.de cast.
consi.vij.circa fi.et consi.lxxxij.inci.in
xp̄i nomine amen.visis his.ꝛ.cccxj.in
ci.visa petitione cū tribꝰ p̄cedētibꝰ ↄsi.
ꝛ cōsi.cclxxviij.inci.viso ꝓcessu.pe.de
anch.cōsi.cclvij.Ang.cōsi.cvj.ꝛ.ccxxiij.
in prima parte.Are.consil.lxv.ꝛ consi.
v.Alex.cōsi.cvij.ad fi.in.iiij.vo.ꝛ.xlv.
in primo dubio.in.iij.volu.ꝛ.ↄsi.xxvij.
ꝛ.cccccl xxvj.ꝛ.cxlij.in.iiij.volu.et pul⸗
chre cōsi.xxviij.per totum in.v.vol.et
ↄsi.lvij.eo.vol.Et lꝫ soleat dici ꝙ simu⸗
latio nō pōt liquide ꝓbari:ꝛ ideo suffi⸗
ciunt verosimiles cōiecture sicut in do
lo.l.dolū.C.de dolo.ꝛ ita ꝑ aliqua vol⸗
garia ↄsuluit Pau.de ca.ↄs.lxxxij.qđ in
cip.visis his q̄ superius allegantur in
vlti.col.ꝛ in ↄsi.cccxxviij.qđ icip.in eā
mota ꝛ bene ꝛ plene ↄfirmat Mag.meꝰ
clarissimus doctor allegando ꝙ̄plures
decisiones ꝛ ꝙ̄plura ↄsilia in.l.cū eoq̇.
col.ij.ꝛ.iij.C.de trāsact.Tn̄ pars nostra
ꝙ̄uis sit apte ꝓbatum per instrumenta
de quibus.s̄.intendit etiā ꝑ testesmet
descriptos in ipso asserto instrumento
venditionis probare ꝙ talis asserta vē
ditio fuit ꝛ est omnino ficta et simula⸗
ta.Et hoc ex abundanti.vt.s̄.dictum
est vt iudices in admittendo capitula
partis nostre ꝛ iudicādo reddatur cla⸗
rior ꝛ securior ac certior licet vigore sta

tuti sint ipso iure admissa saluo iure impertinentiū ꝛc. ¶ Nō obstat vltimo loco si diceret quod extat statutum quod contra instrumentum non admittat probatio nisi per aliam scripturā vel aliud instrumentū quia respondetur ꝙ quotiescunq̄ valet quis probare contractū simulatum et fictum per testes sine dubio potest ex quo nō cōcluditur instrumentum sine forma descriptum. Ita dicit Anto. de but. Bald. moder. in c. cum Joannes. de fi. instru. dicentes esse gl. sing. in l. iurisgentiū. §. quod fere. ff. de pac. ꝛ sensit gl. in l. illicitas. §. veritas. ff. de offi. presi. ꝛ no. Bal. in l. j. in ij. co. ver. subsequenter. C. plus va. qđ agit. ꝛ Ja. bu. ꝛ Bal. late i. l. generalit. i. iij. opositiōe. C. de nō nu. pe. sensit etiā bar. in d. l. j. C. plꝰ va. quod agitur. Sꝫ quod plus est etiam si extaret statutū qđ contra instrumētū nulla exceptio possit opponi. tamen semper pōt opponi qđ est simulatū secūdū Bar. in l. j. §. ꝛ parui. ff. quod vi aut clam. Bal. in l. j. C. plus va. quod agitur. ꝛ in l. ita nobis pudor. C. de adult. d. Anto. ꝛ alij in c. itē cū quis. de resti. spo. Barba. in consi. lj. col. xxij. in prima parte mag. meus ille preclarꝰ doc. in l. cum ea que. col. ij. C. de trāsac. ꝛ in d. l. iurisgentium. §. quod fere. col. ij. in fi. vbi ad illam glo. vbi que solet reputari singu. addit duas vel tres et ita ex illa glo. ad statutum inferunt Fulg. ꝛ Ang. ꝛ dicit Mag. meꝰ quod sepe practicatur mediolani stante statuto qđ ꝯ instr̄m nullū possit opponi aliqua exceptio vel pbatio. Plus etiā tenuit Bald. in l. fi. §. in cōputatiōe ad fi. C. de iu. delib. quod stante statuto quod contra instrumētū nulla possit opponi exceptio nisi solutionis ꝛ falsitatis tamē adhuc poterit opponi simulatio. Nā dt quod talia statuta debent intelligi de instrumentis efficacibꝰ non de nullis ꝛ quod instrumētum simulatū nō est instrumentum cum non faciat fidē simulatione pbata quinimmo dicit quod si statutum expresse remoueret excep. simulationis ppt iniq̄tatē statuti recur. ad subsidiuꝫ eccl'ie. ꝛ idē Bal. i. l. si nō verū. C. de do. inter vi. ꝛ vxo. dicens ꝙ cōtractus simulatus est nō verus ꝛ ꝙ stāte statuto qđ nō possit opponi nisi exceptio solutionis vel falsi poterit tn̄ opponi simulatio q̄ largo modo est falsitas. vn̄ notarius scribēs instr̄m simulatū punit pena manꝰ. c. imperialē. §. scriba. de phi. feu. ali. p Fede. ꝛ ita p illū tex. dixit Ro. sing. suo. ccclxxx. incip. pone ꝙ notariꝰ. Et rō est qꝛ instr̄m simulatum est tanq̄ corpꝰ sine aīa seu spū quia cōsensus est remotꝰ ab actu ita egregie inquit Bal. in l. j. C. plus va. qđ agi. ideo tale instrumentū nō retinet amplꝰ nomen instrumenti. ita no. Bal. in l. precibus. p illū tex. C. de proba. ꝛ in l. si nō sortē. in pnc. ff. de condi. inde. Joā. de imo. in l. fi. ff. quibꝰ ap. nō licet ꝛ in cōmento. c. cū cōtingat. de iureiu. ꝛ Bal. in l. fi. §. i cōputatione. C. de iu. deli. Magi. meus in l. cū ea q̄. in ij. col. C. de trāsac. Feli. in c. cū Joānes eremita. co. xv. de fide instr. Bal. in consi. suo. vij. col. iiij. in ij. parte ꝛ in cōsil. suo. lj. col. xxij. in j. parte ꝛ dixit Bal. i. d. §. i cōputatiōe instr̄m simulatum nō est instr̄m nec facit fidē simulatione pbata. ideo lꝫ appareat superficialiter esse instrumentū tn̄ substātialiter ꝛ intellectualr̄ nō est instrumentū nō eñ pprie dicit qđ abusiuū est. l. item pretor. ff. de suis et legi. sed instrumētū qđ nō habet vim probādi nō est instr̄m pprie qđ dr ab instruēdo. l. notionem. §. instrumētoꝝ. ff. de vb. sig. Et ideo dicit qđ statutū loquēs de instrumētis dꝫ intelligi de efficacibꝰ instrumētis non de nullis. l. ij. §. testm̄. ff. quēad. test. aper. et ideo instr̄m simulatum est ipso iure nullum. ita ꝙ actio etiā mero iure nō cōpetit. Ita no. p doct. maxime p mag. meū in d. l. cum ea q̄. C. de transa. in dictione frustra q̄ denotat nullitatem actus ipso iure. l. pe. §. ad crimen. ꝛ ibi Bar. in fi. et clarius imo. ff. de pu. iudi. Sali. in l. q̄uis. in vlt. col. C. de adul. Pan. in c. veniēs. in pe. col. de accus. Gemin. i. c. j. in vlti. colū. de accusa. in vj. facit. c. qꝛ frustra. cū glo. j. ꝛ ibi declarat Joā. de ana. in j. char. de vsu. vnde illud quod caret effectu etiam nomine caret. d. l. cū precibus. C. de proba. l. a nullo. C. de feriis. iuxta illud. Si re priueris nec nomē ha

bere mererꝫ.xxiiij.q.ij.c.admonere.ita
etiã dixit Bald.in.d.§.in cõputatiõe.fa
ciat etiã in simili qꝛ sententia nulla nõ
meretur nomẽ sententie.l.iiij.§.cõdẽna
tum.ff.de re iudi.ꝛ testamentũ nullum
nõ dicitur testamẽtũ.d.l.ij.§.testamẽtũ.
itẽ falsus procur.vel falsus hõ nõ est ꝓ
cu.nec est homo.l.falsus procur.et qui
ibi no.C.de furtis.ꝛ qꝛ actus nullus di
catur non esse actus:est etiã tex.in.l.nõ
putauit.§.nõ queuis.ff.ď ꝯtratab.ꝛ.l.si
quis legatũ.in princi.ff.de fal.itẽ illud
quod est nullũ vel falsum dicitur impos-
sibile.vt est gl.in.l.cũ i scďo.§.j.in gl.in
ꝟbo quod si ad presens.ff.de iniu.rup.
ꝛ ad id quod dixit Bal.in.d.§.in cõpu-
tatione.faciat etiã elegans text.in.d.l.
non verum immo simulatũ.C.de dona.
inter virũ ꝛ vxo.ꝛ quod habetur in.l.em-
ptor.ff.de aqua plu.arcen.vbi ex instru
mento simulato nõ trãsfertur dominiũ
nec possessio.ꝛ facit etiaꝫ quod habetur
ꝑ Bal.in.l.iij.C.plus va.quod ag.ꝛ in
l.j.C.de op.li.ꝛ in.l.non dubiũ.C.de le-
gi.ꝛ in.l.pacta nouissima.C.de pac.ꝛ in
l.j.C.de furt.ꝛ in.l.iij.C.de post.ꝛ dixit
Bald.in.l.fraus.ff.de legi.quod si actꝰ
diu stetit occultus vt in casu nostro pre
sumitur simulatꝰ titulus ꝛ ideo non est
titulus simulata traditio nõ preiudicat
possessori.lꝫ in casu nostro nõ interue-
nerit traditio.l.emptor.ff.de aqua plu.
arcẽ.ꝛ sic occultatiõe longinqua ꝯtractꝰ
presumitur simulatꝰ ꝛc.facit etiã qđ vo
luit do.Ant.ꝛ post cum Jo.de Jmo.in
d.c.cũ cõtingat.de iureiurã.ꝛ qđ voluit
Bar.in.d.l.emptor.ꝛ in.l.ij.§.vir vxo-
ri.ff.de acqui.pos.ꝛ ibi Ang.et alij scri-
bentes.Et tanto etiam magis põt ꝛ qui
dẽ sine dubio probari ꝑ testes dictũ in-
strumẽtũ fuisse ꝛ esse simulatũ cũ pars
nostra etiã per instrumẽta velit ꝓbare
istã simulationẽ ꝑ ea que habentur ꝑ An
ge.ꝛ scribẽtes in.l.certi cõdictio.§.qm
ff.si certum petatur.pro quo facit.c.le-
ries.ꝛ que ibi habẽtur per.Feli.Sand.
de testi.in.c.ij.de probã.ꝛ in.c.cũ ioan-
nes eremita.co.xvj.de fide instr.¶ Jtẽ
ꝛ tãto iterũ magis cũ ipsa pars nostra
velit probare dictum instrumẽtũ fictũ ꝛ
simulatũ vltra ꝓbationẽ ꝑ instrumẽta

etiã ꝑ testes descriptos in dicto instru-
mẽto ficto per ea que habentur ꝑ Jnno.ꝛ
alios in.d.c.cum Joannes eremita.ꝛ ꝑ
tex.in.c.tam litteris.in fi.de testi.ꝛ in.c.
tertio loco.de prob.qꝛ statim qđ testes
impugnãt instrumentũ remanet sine so
lennitate testium.ergo nõ probat vt ꝑ
Bar.ꝛ alios in.l.j.§.si qs negat.ff.quẽ-
ad.test.ap.ꝛ plene ꝑ antiquos ꝛ mod.
in.d.c.cũ Joannes eremita.¶ Conclu
dendo refero vltima ꝟba formalia posi
ta ꝑ Jo.de imol.in.d.c.cũ contingat.in
fi.vij.mẽbri sui cõmenti dũ dicit.¶ Jtẽ
attende quia inquãtũ dixi qꝛ vbi pars
iurat oia ꝛ singula contẽta in instrumẽ-
to esse vera ꝛ nõ contrauenire qđ non
potest postea allegare simulationẽ pro
pter periurium qđ videretur incurrere ꝑ
ista parte quia videtur tunc quodãmo-
do esse protestatio cõtraria facto inqu-
tum voluit quod sit simulatio ꝛ nihilo-
minus quod iuretur oia predicta esse
vera.ꝛ ideo videtur qđ nõ habeat pñtie
per ea q̃ habentur.s.de consti.c.cum.M.
ꝛ in.l.cum i plures.§.locator horrei.ff.
loca.vel posset dici quod cũ pars possit
remittere parti iuramẽtum sibi presti-
tum ad suã vtilitatem vt no.j.de spon.
capitulo.ij.eadeꝫ rõne videtur qꝛ possit
remittere exceptionẽ periurij surgẽtis
ex iuramento prestito ad eius vtilitatẽ
ar.c.translatio.s.de ꝯsti.ꝛ.ff.ad.l.aqli.l.
illud.ꝛ ideo posset dici qđ si pars vult
ꝓbare qꝛ oia cõtenta in instrumẽto fue-
runt simulata aut facta ad colorandam
simulationẽ ꝛ per ꝯñs p̃dictum instru-
mentũ fuerit p̃stitũ ad colorandũ simu-
lationem qđ debeat admitti qꝛ si ꝑs ad
uersa excipiet de ꝑiurio poterit replica
re qđ remisit seu remisisse videtur sibi
periuriũ inq̃tũ voluit ꝯtractũ esse simu
lationẽ ꝛ alia opponi ad colorãdũ simu
lationem.Nam hec videtur satis fuisse
mens partium si re vera voluerunt con
tractum esse simulatum non obstante
iuramento ꝛ ideo debemus illam serua
re quatenus fieri potest cum magis
mens q̃ꝫ verba debeat attendi.j.de ꝟb.
sig.intelligentia.ꝛ.c.preterea.ꝛ pro hoc
bene facit qꝛ notauit Barto.in.l.nemo
potest.de lega.j.et hec opinio videtur

rationabilior. peccare tamen videntur partes sacramentum tale opponendo cum videantur nomen dei in vanum assumere cõtra id quod habet exodi.xx.⁊ ẜ.eodem.⁊ si christus.nec cb.huic opi. si dicatur quod protestatio cõtraria facto non tenet quia hoc non videtur esse factum contrarium contra protestationem simulationis ex quo actum est vt omnia tendant ad colorandum ipsam simulationem per ea que superius dixi ⁊ hec sufficiant de hoc septimo mẽbro. ista sunt verba Jmo.cum quo concludimus. ❡ Et hec procederent etiã in eo qui iurasset omnia ⁊ singula esse vera ⁊c.quãto ergo magis procedũt in parte nostra que est tertia persona que nõ contraxit neq̃ iurauit ⁊ sic nõ potest incidere in aliquod periurium per ea que supradicta sunt q̃tumcũq̃ habeat causam ab eo qui ficte ⁊ simulate cõtraxit certe res est clara. ❡ partes igit̃ domini pretoris siue eius locũtenentis sunt vt adimittatur pars nostra ad ꝓbandũ maxime quia probationũ facultas non est angustanda.l.quoniam.C. de here.

FJNJS.

❡ Ad laudem dei explicite sunt ꝓ nunc prefate allegatiões ex vberrimo fonte d.Joannis Baptiste de castelliono ⁊ iz alie sint q̃plures et lõge maiores: q̃ in altius per se volumen ascenderẽt: ideo in p̃nti opere nõ fuerunt impresse ne vltra dotẽ suã oneretur ⁊ longiori tẽpore differat q̃ initia studiorũ nũc proxima exigãt: ⁊ q̃ in vtroq̃ iure ꝓfessorũ expostulatio ⁊ mercatorũ desiderium pattantur. Jste igit̃ pauce hic fuerunt apposite ne pollicitatio facta in indice presentis operis omnino defraudaret̃. breui tamen ad publicam in iure militantium vtilitatem residuum imprimetur.

Incipiũt singularia dñi Antonij Corseti siculi vtriusq₃ iuris doctoris i studio Bononiēsi edita cū additiōib⁹ factꝫ i studio patauino celeberrimo āno salutꝫ. Mcccc.xc. ibidē iura pōtificia de mane ordinaria legētis.

Optaui sepe numero excellētissime ac famosissime vtriusq₃ censure monarcha ac princeps vt si quando adesset mihi otium ac temporis facultas daretur nonnulla doctissimorum iurisperitorum dicta diuersis i voluminib⁹ sparsa ꝛ vage disiecta ac nōnullos tue ꝓfundissime sciētie flosculos tuis in copiosis cōmētis diuisos dictu quidem ac memoratu dignissimos nec aliqua q̄ in almo Bononiēsi gymnasio ex vberrimo ac copioso tui pectoris fōte emanarūt ꝛ ꝓfluxerūt q̄ vtriusq₃ iuris cēsuraꝫ ornatā concinā splendidā reddiderūt ex aliqua nostris ex laborib⁹ adepta in vnam vt oblectationē aliquā nōnullis familiarib⁹ meis sumere volentibus lōge inq̄sitionis labor abesset dirigerem in consonantiam ac in facilem quandam reducerem locum. Et vt aliquem ex tue profundissime scientie documentis ac regularum traditiōe posteris nostris fructuū ꝑcepisse viderer. Ad hoc enim instituēdum op⁹ nulla magis me res excitauit celeberrime vtriusq₃ iurꝫ priceps q̄ꝫ vt tue in primis magnificentie quam semper vnice ac religiosissime colui complacerem: ꝛ tue eximie virtutis excellētiā dignitatem ac magnitudineꝫ in medium summis laudibus extollerem: tametsi nōnihil ipsa me gloria mouebat. que si meritis aut virtute parata extitit semp est a summis viris magno studio quesita ꝛ a sapientibus hominibus laudata: nonnihil etiam exercendarum ingenij viriū me causa inducebat. quia quemadmodum triste est diuiti absq₃ herede decedere. ita miserrimum est habenti a summo deo aliqualem intellectus gratiā posteris suis. i. studiosis nihil ornatus dimittere quo possint veluti heredes intus aliqualiter consolari. ꝛ licet tot in omni scientiaꝝ genere ꝓfertum vtriusq₃ iuris facultate rescripserint vt iā mundū plene illuminauerint adhuc tamen inueniendis inuenta nō obstāt instar enim solis oritur intellect⁹ ꝛ occidit vadit ꝛ redit ꝛ nunq̄ꝫ morit. Hoc itaq₃ breue ac tenue opusculū ꝑceptor optime ꝛ dñe dñe andrea consicule eximie in vtraq₃ cēsura interpres qui ꝛ in scholis leges ꝛ canones memorie mandās auditores placidos dociles ac doctos tuo prestātissimo stilo facundissimo verboꝝ modo dignissima textuū ac glossaꝝ interpretatione ac sup ipsis doctorū sententia memoriter recitata mirum in modū ꝛ vt ita loquar. s. ingenij humani vires reddere solitus es ad te transmitto. vt ingenti tua humanitate ac immensa in te benignitate hoc exile singulariū sed vt veri⁹ dicā pulchrorū dictorū munusculū abs tuo discipulo indigno ꝛ vt ita dicā tue virtutis seruo Ant. cor. consiculo nōnullis noctib⁹ lucubratuꝫ: summisq₃ vigilijs compilatū accipere ipsumq₃ tuis magnis scientie radijs ac tuo ꝓfundissimo igenio limare emēdare ac corrigere ꝛ vbi aliqd imperfectū erit ꝑficere digneris obsecro. Ad laudem ꝛ preconium sanctissime ac indiuidue trinitatis gloriose virginis marie totiusq₃ celestis curie triumphātis immortali deo supplicans vt te tuamq₃ magnificam familiam dulcemq₃ prole sempiterno euo conseruet. Et me q̄ sint ei placida facturum sinat atq₃ permittat. Amen.

Argumentum.

Argumentuꝫ a cōtrario sensu in rescriptis validū est in iure. Singulariseſt gl. i. l. si ꝓcuratorē. §. si ignorātes in vbo ex duorum fratrū rescripto intelligere licet. ff. manda. quam reputauit singularem Ludouicus roma. in. l. si cū doti. circa finē princi. ff. soluto matrimonio. ꝛ dominus meus dominus Andreas

in repeti.rub.de rescrip.in cle.

Argumentum.

a ¶ Argumentum[a] a contrario sensu in pactis ex stipulationibus validum est in iure.tex.est no.in.l.inter socerū.§.cū inter.ff.de pac.doc.

Argumentum.

¶ Argumentū a cōtrario sensu in snia est validū in iure.tex.est notabilis in.l. pomponi⁹.§.sed si is qui.ff.de procu.

Argumentum.

b ¶ Argumentum[b] a contrario sensu in testa.validū est in iure. tex.est peregrinus in.l.lucius.el.ij.ff.de heredi.instituendis.

Argumentum.

c ¶ Argumentū[c] a cōtrario sensu in statutis validū est in iure.ita voluit Bar. in.l.omnes populi.ff.de iusti.& iu.& i.l. non possibile.ff.de pac.quod intellige esse verum nisi argumentū illud sumatur qd statuentes inciderēt in penā.gl. est vnica et incognita in cle.ex graui su e per ỽbo facere de vsuris ſm Ludo.roma.singul.cviij.in ordine meo de q̄ ſm eum fecit festum Bal.

Additio.

¶ Alibi tu dic quod eam reputauit sinbgularem Bal.in aut.ad hoc.C.de vsur. & in.l.si eū.§.qui iniuriaꝝ.ff.si q̄s cauti & cardi.in.d.cle.vnica.& barba.in repe. ca.raynutius.de testa.in.xiij.col.& bel. in.l.gallus.§.ille casus.ff.de lib.& posthu.& Alex.in.l.j.in.xxvj.col.ff.de offi. eius cui.mā.est iurisditio.& Pe.de anc. c & but.in.c.quanto.de vsuris.

Appellatio.

d ¶ Regula est[d] quod nihil est innouandū appellatione pendēte:sed oia debēt in suo statu permanere.l.vna.ff.nil no. appellatione pēdente.c. appellatione. ij.q.vj.capitulo non solum.de appella. libro sexto. ¶ Limita hanc regulam nō d habere locum quādo appellans est ꝑsona suspecta vel fruct⁹ dilapidat siue res sit mobilis siue immobilis fruct⁹ sequestrāt.l.ab executiōe.C.quorū appel.nō e reci.istud voluit glo.in.d.c.appellatione.& voluit Bal.in capitu.j.§.sancim⁹ in titu.quo tempo.miles inuestitu.petere debet dilapidare dicitur secundum

a ¶ Vide do.Jas.in.l.pecuniam.in.j.co. ff.si certum petatur limita vt per Bald. in.l.voluntatis.C.de fideicōmissis.quē alleg.Jas.in.d.l.de quibus.in.iiij.co.ff. de legibus plenissime tractat materiaꝫ dn̄s Jas.in l.j.ff.de offi.eius ad de qd dicit idē.d.Jas. in materia in.l.seniū. i.iij.col.C. q̇ testa.facere pn̄t.et in.v.col.dicit vnū notandū post aret.qd sumēdo ar.a ꝯrio sensu vnuꝫ satis affirmati ue nō est sumenda vni bal.ibi si cōsumit.in suos vsus conuertēdo maxime prodigaliter viuēdo et refert Archi.vj.q. j.qꝛ res. ¶ Limita secūdaꝫ predictam regulam habere locum quando appellatio est expresse iuri contraria vt not.in capi.pastoralis.i nouel. de offic.deleg.ita refert Bald.in.d.capitulo primo.§.sancimus. ¶ Limita.iij.nisi appellatio esset friuola vt in capitulo cum appellationibus friuolis lib.vj.[c] ¶ Limita.iiij.regulam esse ve uersalis negatiua ſꝫ particularis affirmatiua quod nota.

¶ Dic qd istd nō est verū in istis ỽbis platis a testatore si talis decesserit sine liberis.ita tꝫ do.Jason in.l.j.C.de pac. & in.l.j.§.huius rei.ff.de offi.ei⁹ vbi ponit q̄tuor limitatiōes ad regulā. Quid aūt in mādatis nūquid habeat locum Jason.in.d.l.pecuniam. in.ij.co.

¶ Adde alex.in ꝯsi.lxviij.in.ij.col.ici. circa p̄missaꝫ ꝯsultatiōnē i.iiij.vo.alex. in ꝯsi.vij.in vlti.col.in.v.vo.vide.d.Jasonē in.l.pecuniā.ſ.alle.& aduerte quia dicit.d.Jas.in.l.ꝑperādum.§.sinaūt alterutra.i.ū.col.C.de iud.& qd qn̄ statutū nihil vꝫ i sensu directo tūc valebit arg.a ꝯrio sēsu.ita ēt dt i.l.seniū i.iij.co.ſ.all.

¶ Adde quod sicut pēdēte appellatiōe nil est innouādū sic etiā pendēte nullitate sentētie do.Jas.l.l.j.C.de bonorum pos.ſm tabulas.

¶ Ibi limita quarto ꝑ hoc facit qd dicit Feli.in.c.sup eo.in prima col.extra de offi.& pote.iudi.deleg.vbi dicit quod licet pēdēte lite nihil sit innouādū tn̄ tertius sui ratiōe interesse nō ꝓhibeť q̄a

possit innouare vbi et. i spē ponit in appellatiōe ⁊ istud singl'are ponit de ꝟbo ad ꝟbū idē cōrectus in suo repertorio i ꝟbo appellatio in.xix. col. cū tribꝰ sequētibꝰ sex ex istis fallātijs pōit ang. i.l.furti.ff.de ifamibꝰ ⁊.xvj. ponit spec. in ti.de ap. a ¶ Adde Alex.i ꝯsi. xxxvj.inci. themate.S. scripto i.ij. co.i.iiij.volu. vbi dicit ꝙ appellatio suspēdit pronunciatū. quid si pendēte appellatione ꝯdēnatꝰ ferat testimoniū i fi. v.col.extra de testi.et vtrū appellatio suspēdat vel extinguat ꝓnūciatū feli.in ru.de appellati. in.ij.col.ꝟ. ad secūdaz questioné.

ram quo ad partes secꝰ quo ad tertium. ista est gl.celebris in.l.creditor in prin.in ꝟbo pone.ff. māda.quā allegat Bal. in.l.si qs filio.ff.de iniu.rup.testa. ¶ Additio. ¶ Faciat tex.⁊ qđ voluit ibi gemi.i.c.romana.§. in aliuz.de ap.⁊ tex.fin. in.c.sup eo.de offi.dele. ꝺm Butri.in.c.vt debitus.de appel.⁊ hoc voluit expresse gemi.in.c. non solum.super glo.fi. de appel.lib.vj.lz nō allegat gl.in.d.l.creditor. ¶ Limita.v.regulā esse veram in eadē causa secus in diuersa istud dixit do.Abbas in.c.quia frustra.de vsuris ⁊ Lau. de Rodul.in trac.de vsuris.q.cxliiij.Et idē dic i litis pendētia ꝺz Bal.in d.c.j.§.sancimus vbi refert Inno.in.c.bone.de ap.et in.d.c.pastoralis. facit vt lite pen.per totū ⁊ limita prout dictuz est in appel. ¶ Additio. ¶ Limita sexto ꝑdictaz regulam ꝯ dicas eā ꝓcedere respectu iudicis et non respectu partis ꝺm Inno.⁊ Abb.in versi.oppono tertio in.c.dilecte. de except.tu ꝓ veritate huius dicti vide plene Abba. ibi disputentem hunc passum ⁊ veritatez a huius limitationis que indistincte ante ꝓcedit vt ibi plene per Abba. post Hostien.Adde etiā quod innouatum in causa appellationis non reuocatur si extrinsecꝰ aliquid sit gestum quod in litis preiudiciū nō versat vt testimoniū vt singulariter notat in.li.furti.§.j.ff.de ifa. ⁊ bal.in.d.c.dilecte.Itē nec reuocat.qđ legitime factū est ꝺm litis exigētiā tex. est vnicꝰ in iure.l.postꝙ.§.impator.ff. vt lega.no.caue.talia innouata nō impediūt executioné.ff.de admi.tuto.l.chyrographis.§.j.ff.vt in pos.lega.l.is cui. §.q in possessiōe. ¶ Limita septimo illā regulā qđ lite pen.item nō habere locū i casu.c.accusatū.de simo.⁊ ibi abb. in.ij.notabili.Et no.casum in quo lite pēdēte qs priuat quasi possessione bñficij ⁊ officij ⁊ intellige illum tex.qn accusatus erat infamatꝰ de simo.vt in glos. nā patrocitatē delicti concurrēte infamia fit suspensio donec cā finiat vt i.c. inter.de purga.cano.⁊ idē dic in alijs magnis criminibus cōcurrēte infamia facit qđ not.Jo.an i d.c.inter.in.c.j.de accu.lib.vj.faciat etiā qđ voluit Imo.⁊ abb.in.c.cum.M.in glo.fi.de consti.

Appellatio.

¶ Itē operat tps datū ad appellādū ꝙ ipa appellatio operat singularis est gl. ꝺm My.in.l.ex iudiciorū.in ꝟsi.secuta ff.de accu.ꝓ qua dico fore casum meliorē de corpore iuris incognitū legistis in.c.non solū.de app.li.vj.facit.l.⁊.post ré ff.de transactio.cū si.⁊ ex hoc infero ré qđ sicut pendēte appellatiōe nil pōt innouare.l.vna.ff.nil no.ap.pēdente ⁊.c. appel.ij q.vj.ita ⁊ infra tempus datum ad appellādū nil poterit innouari licet adhuc appellatum non sit per gl.d.l.ex iudiciorum.⁊.d.c.non solum.

Additio.

¶ Adde bal.i.c.veniētes.de iur.vbi ... leg.gl.d.l.ex iudiciorum.ꝓ vnica in ... re.⁊ dicit ibi ꝙ infamis non est inte... ipse appellans.l.furti.§.j.ff.de infam... nec desinit esse ciuis romanꝰ.atn̄ in... riz testari poterit.vt.ff de iniust.testa... si qs filio.§.hi aūt oēs.qué tex.dicit ... ibi singu.siue iudex a quo detulerit ap... pellatiōi siue nō nā ex quo lex deferte... pellatio extinguit pronūtiatū sed si no... est appellatū sed sumꝰ infra tps app... lādi nō est adhuc ꝓnūciatiōe resc... tū est in suspēso ⁊ ideo valet eius te... mentum ⁊ bona transeunt ad hered... per gl.d.l.ex iudiciorum.quā etiam ...

legauit Joan.de imo.pro singu.in.c.h. a in.viij.col.de testa.

Appellatio.

a ¶Si ab interlocutoria est appellatuz bis et semp confirmata nō pōt per iudicē reuocari.sing.est glo.sm do.car. et alios in cle.si.in versi.sup e.de appel.et no.do. Alex.de imo.post alios in.l.qd iussit.ff. de re iudi.et do.An.de bu.in.c. fraternitatis.de frigi.et malefi.et rō est qr ea reuocata appellās nō audiret qr tertio appellans nō auditur p.d.cle.si.et.C.ne liceat in vna eadēqz cā tertio puo.in rubro et nigro.c.sua.de appel.cū si.

Appellatio.

¶Appellatio interpositionis.j.x. dies aut.hodie.C.de apella.c. cōcertationi. eo.tit.li.vj.c.qd ad cōsultationem.de re iud.c.anteriorū.ij.q.vj.cū si.nec partiū pacto tale tps prorogari pōt sm Bald.in d.aut.hodie.et in aut.ei qui.C.de tēpo. app.p hoc allegat tex.no.et iudicio meo meliorē de corpore iuris in cle.si appellationē.de appel.sed per statutū vel ↄsuetudinē bene pōt prorogari p gl.sing. sm Bal.in.l.ij.C.si cōtra ius vel vti.publi.Tēpus aūt psequēde appellatiōis bene prorogari potest sm eundē.in.d.l. fi.C.de tempo.appel.refert et sequit Ludo.ro.in solenni sua repetitiōe rubrice de arbi.in.xx.col.tu vero vide Ange.de peru.in.l.ij.ff.de re iudi.vbi reputauit gl.d.l.ij.incipientem prescriptionē pro vnica et singulari et vide do.meum in.c. dilectus filius.de pcurato.vbi magnifecit illam gl.et no.quod hoc potest con suetudo seu statutum et non iudex ratio quia iudex nō potest immutare ius superioris quia ageretur de eius preiudicio per id quod legitur et no.in clemen. ne romani.de elec.et in.c.cū inferior.de maio.et obe.et.c.inferior.xxj.di.et pro veritate huius rei.vide doct.et modernos in.d.l.ij.ff.de re iudi.et do.meum.et modernos i.c.cum sit romana.de appella.

Auxilium.

b ¶Si aliqs vadit ad[b] occidendū aliquē et tu vadis secū armat⁹ et nil facis vtrū ex illa existētia debeas puniri tanq̄ prestans opem.Innocē.in.c.continentia. de clerico percusso.singula.determinat

¶Istum versiculum plene examinauit georgi⁹ nata per quatuor articulos in cle.sepe.in prin.in.xviij.col.et se.de verb. sig.fel.in.c.sicut ro.hic alle.vbi limitat viij.modis imo.consi.lxxxvj.in.vj.col.

quod sic. quia videtur dare opez refert et sequitur Bald.in.l.j.C.de seruis fugi.et in.l.raptores C.de epis.et cle.et Ludo. ro.in.l.j.§.j.eo.ff.ad silla.et do.meus do.and.in c.repellatur de accu.et dicit istud dictum Inn. esse contra statutum bononie disponens quod teneatur de homicidio qui prestat auxilium cooperatiuum.pro veritate huius dicti vide notata in capitu.j.de offic.de le.et not.in.l.is qui opē. ff.de furtis.et i.l.furti.§. pe.ff.de eodē.et in.l.nō solum.§.si mandato. ff.de iniuriis.

b ¶Aduerte qd nūqd licitū sit habenti licentiam.seu facultatez occidendi aliquem conuocare socios et vtrū tales socij in isto casu prebentes auxiliū puniant vide do.Jaso.in l.j.§.fin.in iij.et.iiij.colū.ff.de noui ope.nū. et in.l.ij.in j.colū.ff.de iuridi.om. iu.fel.in.c. que in ecclesiarū. in iiij.col. extra de constit.de materia istius singularis recurrēdū est ad Fel. in.c.j.ex de offi.et ptāte delega.qui plene examinat et eūdem Feli. i.c.sicut dignū de homicidio.ad de alexan. in cōsi.xlj. incipi.viso pcessu inquisitionis forma te in.j.et.ij.colum.in primo volu.

¶Appellatio.

¶Licz iudex deferat appellationi nihilominus posset pcipere parti ne attētet id propter quod appellauit et sic appellatio non tuetur appellātem vt possit id facere propter qd appellauit.textus est iuncta sua glo.in c.ex literis.in verbo.districtius.de ma.contra interdic.eccle.cō.qd singulariter not.et de illo tex.iuncta glo.facit ibi festuz domi.Abbas.hoc idem tenuit Joan.andr. in.c.cum appellationibus friuolis.de appellatio.lib.vj.Et ex prealle. glos.colligit ibi do.and.

iudicem a quo posse atꝫ tentare omnia tendẽtia in faciliorez exitum cause appellatiõis nõ tamẽ cognoscendo de viribus appellationis ꝑ hoc ca. qua fronte.de ap.ꝛ vide ibi do.abb.ꝛ mod.ꝛ lati⁹ per eum ꝛ alios in.c.cũ teneamur.eo.titu.ꝛvide qđ voluit idẽ do.abbas in.c.sacro. de sen.excõ.

¶Accusatio.

¶An laic⁹ possit accuꝫ sare[a] clericum prime tõ sure diceres tu quod sic nam talis dicitur esse si ne gradu vt in.c.cleric⁹ si tõsura dimissa de vi.et hone.cleri.contrariũ tñ decidit do.de san.gemi. in.c.sicut sacerdotes.ij. q.vij.ꝛ not.hanc theoriꝫ cã qꝛ a nemine vidi taꝫ ctã.nõ ob.d.c.clericus. ibi sine gradu qꝛ debet intelligi sine gradu scili cet sacro. nam clericus[b] in minorib⁹ largo sumꝫ pto vocabulo dicit̃ esse in ordinibus sacris glo. est sing.xxxij.di.in sumꝫ ma.ꝛ hanc theoricam do mi.refert ꝛ sequitur do. me⁹ in.c.cũ.p.mãconelꝫ la.de accus.ego dico qđ dominicus recte loquit̃ nõ iura indestincte ꝓhiꝫ bẽt laicos accusare cleꝫ ricos.vt legit̃ ꝛ no.in.c. de cetero.de testi.ꝛ.d.c. cum.p.mãconella.ꝛ ap. clericoꝝ in materia faꝫ uorabili veniũt oẽs etiã in minorib⁹ cõstituti vt voluit domi.abb.in rub. de vi.ꝛ hone.cle.ꝛ ꝓbaꝫ tur i.c.clericos.xxj.dist. cum simi.cũ ergo iste ca sus sit fauorabilis cleri cis quod nõ accusentur a laicis qꝛ laici oppido sunt infesti cleꝫ ricis vt in.c.laici.ij.q.vij.ꝛ i.c.clericis. de immu.eccle.lib.vj.cũ simi.ergo laiꝫ cus nõ põt accusare clericũ in minoriꝫ bus cõstitutũ quod nota perpetuo.

¶Actio hypotecaria.

¶Priuatus agens hypotecaria cõtra donatarium debet probare hypotecam precessisse donationem.casus est in.l. de rebus.C.de dona.ante nup.quam ad hoc reputauit singu.Bar.in.l.si prius. C.de iure.fi.lib.x.fallit in fisco qui nõ probat.sed donatarius ꝓbat rem prius donatã quã obligatã vt est casus in.d.l. si prius. et de materia primi dicti vide Bar.in.d.l.de reb⁹.Cy.Bar.ꝛ Salice. in.c.cum res.C.si aliena res pigno.daꝫ sit.ꝛ flo.i.l.ante omnia.ff.de ꝓba.Bar. ꝛ Salice.in.l.rem alienam.ff.de pigno. acti.ang.areti.in.§.itez seruiana in.iiij. char.insti.de acti.in versi.ꝛ pro euiden tia adde ange.in.l.matrez.C.de proba. in fi.ꝛ aret.in.d.§.itẽ seruiana.in.iiij. charta.ꝛ domi.Lud.ro.in suis singu.in litera L.vide plene ꝑ do.meũ in legib⁹ do.Alexã.de imo.in.d.l.si pri⁹.in addi.

Alienatio.

¶Per alienationem feudi[b] quis perꝫ dit feudum vt legitur et no.in.c.ex par te de feu.ꝛ in tit.quib⁹ mo.feu.amit.§. ij.ꝛ.iij.tamen hoc intellige verum quaꝫ do deuentuz est ad traditionem.ita sinꝫ gu.dicit Bal.in.c.primo.§.vt libellario in titu.quibus mod.feu.amit.et ita diꝫ cit in pignore quod per simplicem hyꝫ potecam nudo verbo factam nunquam intelligitur esse deuentum ad traditioꝫ nem licet alias hypoteca nudo consen su cõtrahitur.tñ in casu illius.§.nõ est ita ꝛ ratio est quia inania verba nõ no cent nisi sit processum ad actum facti et idem dicit si per statutum seu per testa torem in suo testamẽto ꝓhibeatur alieꝫ natio sub pena quia nunq̃ per verbalẽ pignorationez incurritur pena quod di cit esse not.dignum.Ego adduco ratioꝫ nem quia permittere nõ est alienare.l. ad eum.§.lucius.ff.de dona.facit in siꝫ mi.quod voluit Bald.in.l.voluntas.C. de fideicõ.ꝛ in.c.imperialem.in princ. ff.de probi.alie.feu.ꝛ qđ voluit Ja.bu.

a ¶Accusatio. adde q̃ dicit aleꝫ xan. qđ laiꝫ cus q̃ quõ nõ põt se iꝫ pedire de clerico etiã simplicis tõsure siue i ciuili siue in crimina li:ita tenet Alex.in cõ si.viij.inci. super hac cõsultatioꝫ ne.in.ij. co lum.in priꝫ mo.

b ¶Vide đ hoc docto. alex.in cõsi. xxx.ici. qm̃ omne datũ optimũ in vij.co.in.j. vol. repeti tio i cõsi.ij. in.v. volu.

in.l.j.C.de pac.pigno.ꝛ vide do.meum domi.Anto.in repeti.rubri.de reb⁹ ecs cle.non alienan.in.xix.col.vbi discutit hunc passum.vt ibi per eum quē omni no vide ꝓ veritate huius arti.qꝛ aliter non discutio.

¶Ambasiator.

a ¶Quis cogi a potest suscipere ambasia tam ꝛ ita probat tex.iuncta gl.ꝛ Bar.in l.si quis.C.de decurio.libro.x.ita no.ex illo tex.quod ambasiator debet portare literas per quas pateat;quod de licen tia ꝛ mādato sue ciuitatis vadit vt ibi colligitur ſm vnā lecturā inquantū ibi dicitur quod debet habere literas a iu dice sue terre ꝛ hoc no.perpetuo ꝛ vide eūdē Bar.in.l.palatinos.C.de col.feu do.fisca.lib.xj.vbi hoc idem voluit ꝛ al leg.l.missi opifices.C.de exacto.tribut. eo.lib.

¶Ambasiator.

b ¶Ambasiatores b ad hoc vt habeant maius salariū ꝛ maiori tpe stent in am basiata vadunt per viam trāsuersalem ꝛ nō rectam dic qđ eo casu pñt cōsequi salariū ꝓ illo tpe pro quo conseqrent̄ si fecissent viam rectam:istud dixit Bart. per illū tex.in.l.qui fiscales.C.de naui cularijs.li.xj.idē tenuit bar.i.l. pen.ff. de iti.actuqꝫ priua.ꝛin.l.nō solū.§.diu⁹ ff.de excus.tut.ꝛ in.l.j.§.fi.ff.si q̇s cau. ꝛ in.l.j.in prin.ff.de his q̇ deie.vel effu de.vbi querit vtrum debeatur salarium ꝓ via noua longiori.ꝛ.in.d.l.quis fisca les.etiam Bar.colligit argumentū ims mo dicit esse quasi casum qđ si quis re periatur cum salma frumenti vel cum alijs reb⁹ vetitis portari extra territo riū in aliqua via nō rectaꝛ nō ꝯsueta qđ est suspectus quod eas velit exportare cōtra deductum facit.l.si quis publicū. C.de cursu publico.li.xj.ꝛ.l.eos in fine. ſm vnam lecturā.ff.ad.l.corne.de fal.ꝛ dicit ita posse practicari.l.si fugitiui.in versi.deprehendatur.C.de ser.fugiti.et quomodo poterit probari quod habuit animum transeundi cum fuerit captus in actu trāseundi anteq̄ transiuerit di cit quod hoc probabitur ꝛ cognoscetur ex qualitate loci vbi esset iunctus ꝛ dic vt in.d.l.si fugitiui.ꝛ q̇d si apportet ar ma ꝯ deuitū nō tn̄ ꝓ offi ciale fuit reptus an inci dat in penā statuti.vide ang.ꝛ Imo.in.l. iij.§.ne rati⁹.ff.đ acq̇.pos.ꝓ are ti.i tracta.malefi.in ⱴsi. arma.ꝛ Bar.in.l.j.de lit toribꝰ ꝛ itineribꝰ publi cis.li.xij.dat cautelā qđ timēs accusari notificet officiali ad quē locū va dit vt nō p̄sumat̄ ꝯ deuē tū ire.vide bar.in.l.cete ra.§.si q̇s ad opus.de le. j.idē voluit bal. in.d.l.si fugitiui.ꝛ Ia.but.ꝛ bal. i.l.si q̇s nō, dicā rapere. C.de epi.et cle.

¶Additio.

¶Adde quo ad primum Ang.are insti.de iniur. §.his itaqꝫ.ꝛ nō.qđ am basiatores debent mitti viri beneuoli ipi cui mit tunt̄ tex.sing.in.c.in gra uibus.iij.q.quē tex.ma gnifecit abb. i ru.đ vi.ꝛ ho.cle.ꝛđ materia amba siatoꝝ vide tex.ꝛ gemi.i c.ad apostolice.đ re iu. li.vj.Bar.i.l.si ⱴo.§.Itē quicq̇d.ff.sol.mat.glo.et doc.in.l.q̇ ꝓprio.§.ꝓcu rator.vt in ceteris.ff.de ꝓcu.Gemi.post alios in c.a collatione.de appel. lib.vj.Abb.in.c.postula sti.de cōces.ꝑben.Bar.i l.hi q̇.§.tādiu.ff.ex:q̇b⁹ cau.maio.ꝛ i.l. iter cās. §.nō oia.ff.māda.ꝛ in.l. si seru⁹.§.j.ff.de furtis.ꝛ bar.in.l.ij.§.legatis.ff.đ iudicijs.ꝛ Bal.in.d.l.hi q̇.§.tādiu.bar.i.l.si q̇s đ curio.eli.C.đ decu.i.l.q̇ ties.C.de le.eo.li.ang.i l.j.C.e.text.bar.ꝛ Sali.i l.mercatores.C.đ ꝯmer. Bar. in.l.de diuisiōe. ff. so.ma. bar.i.l.j.C.ad le.

a ¶Et ad de qđ dn̄t mitti illi q̄ sunt bene uoli ꝛ grati illi ad quē mittūt̄ pa nor.in rub. de vi.ꝛ ho. cleri.

b ¶Adde ad materiā do.feli.i. c. olim in.iij. colū.extra. de excep.

iul.maie.Bart.in.l.cõuẽtionũ.i.fi.ff.de pac.abb.i.c.ij.de pca.in.c.i singulis.de sta.mo.z i.c.si aliquando.de senten.excõ. Et dico plene in tractatu meo de ambasiato.

¶ Actio.

¶ Plures sunt obligati insolidũ.actũ est contra vnũ:z fuit facta excussio realis z psonalis:querit an possit agi ɔtra tertiũ possessorẽ reũ nõ excusso prio alio cõreo obligato insolidũ.l.habes q̃ in facti ɔtigẽtia ad hoc fuit allegata secũdũ angelũ ibi post Bart.i.l.q̃ties.C.quo ordine q̃s ɔueniatur.lib.xj.z illum tex.ad hoc ne obliuiõi tradas.

¶ Aqua.

¶ Qñ plurib⁹ ius hauriẽdi aquã simul ɔcedit ille haustus dz diuidi inter eos p mõ z arbitrio iudicis istud pbat tex.iũcta theorica Bar.l.si q̃s i vltimo rñso.C.de aqueductu.lib.xj.

¶ Arbiter.

¶ Laudũ ab arbitro.[a] valet si ferat sup rebus deductis i ɔpromisso sz ferat super reb⁹ extra cõpromissum non vz etiaz si post cõpromissum laudũ fuerit emologatũ.ita dixit bal.in ti.ð pace cõstã.§.snie quoqꝫ ivsi.feu.z alle.tex.z casuz.i.c.examinata.ð ɔfirma.vti.vel inuti.z illũ tex.ad hoc allegauit p vnico z singlari ludoui.Roma.in ɔsil.suis cõsi.clj.facit qð voluit bal.i.l.si vxore.C.de ɔd.iser.zbar.i.l.aq̃liana ff.ð trãsacti.facit ad hoc tex.i.c.raynald⁹.i ṽbi.ex

a ¶ Adde do.ale.i ɔs.cxxiij.inci.in cã z lite ṽtẽte.i.iij.co.in.ij.vo.eũdẽ alex.i ɔs.cxxxj.i cipiẽ.in cã z lite ṽtẽte l.ij.co.l.ij.volu.

b ¶ Adde d.Jaso.preceptorem meũ in.l.fi.ff.de in ius vocã.Feli.i c.cãm q̃.in a iiij.colũ extra de rescrip.

c ¶ De hac regula Jason in.l.di

forma compromissi.z ibi do.me⁹ in re petitione de testa.dicit predicta pcede re nisi ratione pacis ineũde inter ipos litigãtes arbiter apponeret os circa rẽ non deductam in compromissio tũc em potest opponere manum ad rẽ sibi non ɔmissam.sing.est tex.in.c.nisi essent.de preben.quod est bene notandũ fm do. Ant.ibi facit qð voluit Bar.in.d.l.aq̃lia.z qð voluit domi.Card.in.c.sup co.de transac.z Lud.ro.in ṗalle.cõsi.z do.and.in.c.consti.de religi.do.

¶ Additio.

b ¶ Si alicui statuto fiat [b]aliqua additio idem iuris intelligitur repetitũ in additione qð erat in statuto quo ad penã z quo ad alia.ita no.lapus in cle.statutum.de elec.super verbo ɔsuetudine.q do.Car.ibi dicit esse singulariter notandum.z est ratio scðm eum.q2 id qð venit per modũ adendi fit pars illius cui additur.l.sed manente.ff.de preca.sꝫ hoc mihi videtur valde durum z rigorosum:z non forte verum.z adducto tex. iuncta glo.in cle.ij.§.fi.in ṽbo sanctio pe ni.de vi.z ho.cleri.vbi sanctio illa ẽ penalis z papa facit additionẽ illi sanctioni.z tamẽ gl.ibi dicit q̄ additio nõ est sanctio.quasi velit quod cum sanctio sit penalis additio nõ erit penalis adeo q pena apposita in sanctione nõ videtur habere locum additiõe p notata.iu.di in summa erit aũt in additiõe locus pe ne arbitra.ex q̃ certa nõ statuit de offi deleg.de causis.l.j.§.ait ṗtor.ff.de iure de lib.l.ṗma.§.expilatores.ff.de effra cto.z expilato.nam pena nõ dz excede re proprium casum.§.pene.de peni.z re stin.j.z odiosa restringi debent non ampliari regula odia.de regulis iur.lib. sexto.l.cum quidam.ff.de libe.z posth. simili.addo quod sing.dicit Joan.and. in capitulo dispendia.de rescrip.lib. sexto.quod ex identitate ratiõis debet extendi constitutio.sed non pena cõstitutiõis refert [c]z sequitur domi.Abb. in capitulo primo.de loca.itez pena debet imponi nisi a iure exprimatur ut est singu.scðm dominũ Abba.in.c. fina.de iure patro.alia est secundum mi.meum.xv.questio.octaua in summa

optime facit tex.in aut.de nõ eligẽ.se. nuben.in prin.in versi.nõ est.l.tale q̃d dicens.z in.l.at si q̃s.in ver.cum in eũ. pena statuta nõ sit.ff.ð religio.z sump. fune.z dixit domi Abb.in.d.c.fin.q pena nõ debet extẽdi per identitatem rationis.per.d.§.pena.facit quod no.Jo. an.in.d.regula odia.z i regula inpenis eo.ti.Cuz ergo in aditiõe facta est statutum nulla mẽtio fit de pena ergo nõ debet imponi imponitur ergo pena extraor.per.d.c.de causis.cũ si.z hoc puto procedere nisi statuens apponat aliquod verbũ in additione quod esset repetitiuum olim existentiũ in statuto ad hoc bonus tex.in.c.de multa.in.§.hoc idem in personalibus zc.de p̃bẽ.z vide quod plene legitur.z no.in.l.titia.§.j.ff.de ver.ob.cum simi.

¶ Appellatio.

¶ Si ille pro quo lata est sententia appellat dicendo illam aliquam petãs eã infirmari.z per errorem sic petit an iudex appellationis videns q̃ð est aliqua b poterit illam cõfirmare.dic q̃ð sic quod est mirabile p quo tex.est valde singularis in.l.titie.ff.de auro.z argento lega.siue confirmata sit siue infirmata ex nouis actis siue antiquis.l.titianus.ff. quod cum eo.ita egregie dixit Baldus in.l.preses.C.de sententijs z interlocuto.omniũ iudi.quod dictum refert z sequitur Ludouic.roma.in suis singula. sed tu adde Baldum in capi.super eo. de appella.c.cum dilecta.z in.c.ex parte.el.ij.de rescrip.z in.c.secũdo de probatio.z in capitulo veritatis.de iureiurand.z in capitulo significauerũt.de exceptio.z dominum meum dominũ Andream in repetitio.capituli raynald⁹. de testa.in.vj.vbi per eos allegatur dicta lex titie.

¶ Appellatio.

a ¶ Ponea q pars vellet appellare a sententia secundum consilium lata.z vacat iudex appellatiõis ad quem appellabitur dic q̃ð ad priores ciuitatis fuit b elegãns doctrina Bart.in.l.vbi absentis.ff.de tu.z cura.da.ab his quã theoricam sequit̃ Bald.in lege secunda.C. quando fiscus vel priua.allegando ca-uortio.§.si falci.ff.sol.matri.in tertia columna.eundem Jasonem preceptorem meum in lege si quis maior.in secunda columna.C.de transac eundem Jasonẽ in lege quod.z in duodecima columna ff.si certum pe. Feli.in capitulo ex parte.in.j. et secunda colum.extra ð rescriptis.z i capitulo trãslato.in penultima columna extra de consti.Feli.in capitul.at si clerici.in ij.col.ex de iudicijs.d.iason.i.l.j.i fi.C.ð trãsact.z i aut.nõ lz.C.ð libe.z posth.i.ij.z iij.co.a ¶ Uid.d.ale.i.?sl.iij.icip.viso p cessu cause pncipalis i ij.col.in.ij.vo. Ale.i.l.antea.§.fi.ff.de leg.j. Pau.de ca.in ?si.xvij.inci.in cã que ?titur Panor.in consi.iij.in septima.colum.in.vj.dubio in secundo volumine.

sum pro eo quẽ dicit nõ esse alibi i aut.vt nul.iudicum.§.hoc peruenit. ibi dum dicit primatib⁹ ciuitatuz.de quo vide p eũdem.in.l.j.de offi.cõ. z in cap.j.si de feu.inter do.z vas.lis oriatur.limitantem hoc esse verum vbi esset ciuitas habens merum imperium aliter dictum Barto.locum nõ haberet.refert z sequitur Lud.roma.in repe.rubrice.de arbi.in xix.col.

¶ Alienatio.

¶ Si res estb sub conditione restituenda:z heres rogat⁹ interim alienauit purificata conditione reuocatur alienatio.l.fina.§.sinautem.C. communia deleg.limita nisi heres de restituẽdo grauatus habuisset iustam causam ignorandi illam prohibitionẽ alienationis z eodem modo iuste ignorasset emptor q licet heres alienauerit non aduocabit res alienatas ab emptore.sed bene pretiũ eius debetur fideicommissario ab herede instituto

¶ Adde Jasonem in.l.illam.C.de colla.z in.l.gallus.§.quid si is.in.d.col.ff. de li.z posthu.z in.l.sancimus.in.iiij.co.C.de iudicijs.z idem do.meus in.l.licet.in.ij.col.C.de pactis.

alienāte.tex.est vnicus & sing.i.l.fi.in.§.fi.ff.de leg.ij.quē tex.facit sing. Frā.tigri alibi.& dixit au reis literis scribēdū fo re.& p ipm tex.infinitis vicib⁹ ꝯsului in ꝯtingē. facti do.me⁹ put ipse re fert in repe.c.raynald⁹. de testamē.& sepenume ro audiui ipsuȝ viua vo ce mihi dicētem hoc & p ipsum tex.dicit Bald.in auť.res q̄.C.cōia de leg. in prin.esse speciale pro pter iustā ignorātiā em ptoris & vēdito.& alleg. Pet.& Cy.ipe dixit se ad dere dūmō illa ignoran tia sit causa facto & ope ipsius testatoris qꝛ fecit codicillos q̄s apiri ve tuit vinēte herede:ideo ppť phibitionē testato a ris puenerat ad notitiā ipsius heredis.sȝ si ptē deret ignorantiam testa men.tunc sec⁹ esset alle gat.l.cū heres.ff.de lib. leg.do.meus in.d.c.ray naldus.impugnat hanc b theoricā Bald.& bn̄ iudi cio meo:qꝛ si ille tex.i.d. l.fi.§.fi.subtiliter ponde retur:considerat iustam ignorātiā quo casu se qͣ̄ꝶ q̄ siue causetur ex codi cillis phibitis apiri in vita testatoris:siue alio modo causeť ignorātia: si tñ iusta est & excusabi lis sufficit ex eo:qꝛ vbi cūq̄ ratio.l.est amplior dispositio.l.extendiť ad limites:& ad amplitudi neȝ ipsius rōnis legis. l.regula.§.licet.& Bar.& Bal.ff.ď iur.& fac.igno. gl.in clemē.j.de elect.& ibi do.card.optime facit l.pater filiū.§.fundū.ff. de leg.iij.l.cū pater.§.dulcissimis.ff.de lega.ij.& hoc voluit do.Abb.in.c.sicut. de testi.lȝ ergo dispositum illius.l.sit cō ceptū in codicillis phibitis aperiri ni hilomin⁹ ratio est generalior pp̄ter iu stā ignorātiam.siue ergo ignorātia cau setur ex codicillis phibitis aperiri:si ue ex testamēto dūmodo sit iusta & pba bilis excusat venditorē & emptorē.& per consequens non recte dixit Bal.& vide Bald.in.l.iubemus.in prin.C.ad treb. vbi allegat.d.l.fi.§.fi.ange.in.l.fi.§.sed qꝛ.C.cōia de le.vbi dicit q̄ꝺ caut⁹ dȝ esse aduocat⁹ actoris:vt semper deducat scientiam alienātis alias succūberet: sed debuit Ang.supplere scđm do.meū in.d.c.raynaldus.& bene q̄ꝺ etiā dȝ de ducere sciētiā emptoris emētis:qꝛ ille §.fi.requirit ignorantiā vtriusq̄.& p li mitatione.d.§.fi.vide Pau.de ca.ꝯsi.p. & cōtra Paul.de cast.vide do.meum.in d.c.raynaldus.in.lxvij.col.

a ¶ Vide do.meū in d.l. marit⁹. & in.l.sȝ & si q̄s.ff.ď vul ga.et pup.

b ¶ Ratio pōt esse qꝛ connexorū idē est iudi ciū. vide p eūdem do. meū.in.l.j. C.de trāſ. vbi īfinita scripsi ad materiā cō nexoꝝ post d.meū ibi.

¶ Argumentum.

¶ Tu habes[a] in.c.nonne.de presump. in.l.cū pretor.ff.de iudi.& in.l.maritus. C.de pcu.& in ca.qualis.xxv.dist.cū si. quod de vno negatur de aliis cōcedere videtur.limita primo scđm do.Anto.in c.translato.de consti.dicta iura nō pro cedere vbicunq̄ essent duo connexa:qꝛ eo casu expressio vni⁹ operatur[b] exprel sionem alterius.d.c.translato.itē limi ta fm domi.Ant.in cle.j.de rescri.quā do prohiberetur vnum q̄ꝺ est frequēta tum:quia prohibitū videť id q̄ꝺ non est frequentatum facit ibi glo.& q̄ꝺ ple.ibi scribit do.meus.& vide q̄ꝺ voluit pet. de bella pertica qui refert Cy.i.d.l.ma rit⁹.q̄ꝺ si maritus prohibuit aliq̄ꝺ vro ri videť prohibuisse id quod erat simi le faciat.l.j.& l.filiū habeo.ff.ad mace do.vide plene do.meum in.d.c.trāsla to.tene menti has pulchras limitatio nes ad illa iura.

¶ Alienatio.

¶ Si prelatus interueniēte debita iu ris solēnitate alienat rem ecclesie & cō muni opiniōe reputabatur illa aliena tio vtilis ecclesie:lȝ re vera nō esset.ista casu tȝ alienatio singu.est glo.in ca.cū apostolica.de his q̄ fi.a pla.de quo glo.

fecit festum do.Anto.de bu.ibi & alleg. etiã qd habet in.l.tutor q̃ repertoriũ.§. si post.ff.de admi.tu.bñ facit qd habet in.l.quid ergo.§.sufficit.ff.de ꝯtria tute. acti.& p glo.in.d.c.cũ apostolica.in ṽsi. profuturũ saluat duas glos.que cõmuni opinione doc.sunt reprobate.in.c.q̃ excep.xij.q.xxj.& in summa ea.causa.et q.que dicũt qd si alienatio fiat ex iusta causa:& tñ interueniat solennitas canonica:& in casu non licito nec concesso a iure tenet ipo iure alienatio.refert & sequitur do.meus.d.And.in.c.que in ecclesiarũ.de consti.& in rep.cap.raynaldus.de test.in vltima col.

¶ Beneficium.

¶ Beneficiũ principis simpliciter concessum intelligit cõcessum pleno iure. vt i auk.vt liber.decer.nõ ege.aur.anu. §.j.colla.vj.& etiam videt ꝯcessum perpetuo.vt in auk.cõsti.q̃ de digni.§.illud colla.et ita pulchre dixit Bal.in.l.beneficiũ.ff.de consti.princi.refert et sequit dñs meus in.c.cuz dilecti.de dona.per qd dictũ dicit se alias consuluisse rome ꝙ beneficia que de se sunt materialia si conferuntur a papa intelliguntur conferri perpetuo quod est mirabile dictũ: & menti tenendum.

¶ Confessio.

¶ Licet ꝯfessio ꝑtextu erroris nõ possit reuocari post sniaz diffinitiuã.vt in c.fi.de ꝯfessis.& in.l.error.C.de iur.& fa. igno.tñ reuocari põt post ꝑceptũ factũ per iudicẽ de satisfaciendo post ꝯfessionem preceptũ ergo factũ p iudicẽ post cõfessionẽ añ lit.cõte.nõ hz vim diffinitiue.istud dixit glo valde no.iũcta theorica.d.Abb.ibi in.c.ex parte.el.j.in ṽs. allegare errorẽ suum.de verb.sig.& hoc etiã voluit notabiliter.Bar.in.l.nõ fatetur.ff.de cõfes.qd tamen limitat nisi preceptum fuisset factum cum cause cognitione vtputa q& fuisset datus terminus ad allegandum:quia tunc cõfessio non deferret mãdanti executioni.arg. in.l.penul.ff.eo.titu.quod no.

¶ Citatio.

¶ No.practicã hodiernã citãdi marie in curia romana.vt añ citationẽ rei añ ꝙ ꝯstet iudici ꝺ delicto vł debito possit p suas lr̃as ꝑcipere absenti vt satisfaciat vel cõpareat alias excõicat eũ.ista est gl.allegãs quã ad h̃ inducit do.abb.& dicit mẽti tenẽdã in.c.ex pte el.j.ꝺ ṽ.si. ex hoc eñ ꝑcepto añ cause cognitionẽ fctõ nõ põt dicere reꝰ se grauatũ ex quo iudex iustificauit ꝑceptũ.nã ꝓpter illã iustificationẽ vt cõpareat resoluere ꝑceptũ in simplicẽ citationem vult cõpere re:& fuit adinuenta hec practica facilio ri exitu iudiciorũ & pro hoc facit tex.iũcta gl.in.l.de pupillo.§.meminisse.ff.de ope.no.nũ.& vide latiꝰ de hoc do.abb.& do.meum in.c.j.de causa pos.& proprie.

¶ Conditio.

¶ Cõditio ipossibilis adiecta donationi causa mortis nõ vitiat donationem. singu.est tex.in.l.que sub cõditione.§. hoc edictum.ff.de cõdi.insti.& illũ text. allegauit pro sin.Lud.ro.in.l.impossibilis.ff.de verbo.oblig.

¶ Consultatio.

¶ Qñ iurisƿator rñdet ꝯsultationi nõ introducit ius nouũ s3 ius cõe oñdit duas gl.habes i iure cano.solitaries quã sequunt oẽs scribẽtes ibi & i aliis locis & do.Abb.i.c.si diligẽti.de fo.cõpe.& in.c. ꝓuenit.de ẽpt.& vẽd.& i.c.cũ sciꝰ.ꝺ re. & in.c.tue fraternitati.de spõ.Et i.c.pastoralis.i ꝑn.no.de exce.& i.c.fi.de re iu. & i.c.ꝓuenit.de em.et vẽ.vnã habes i.c. ex tua.de fi.ꝑsby.& aliã in.c.ꝯsultatiõi de tẽp.ord.s3 ego nõ puto hoc indistincte verũ:sed dicerẽ distinguẽdo.aut iurisƿator rñdens cõsultationi determinat illã p ius cõe:& tũc ꝓcedat theorica gl.& doc.aut determinat illã p id qd nõ ẽ iure cautũ:& tũc iducit ius nouũ & ad hoc adduco tibi tex.rotundũ & aptũ a nemine põderatũ nisi a me:diuia fauẽte grã in.c.ex multa.in ṽ.in cõsultatione ius edit de voto quẽ tex.ad hoc tene mẽti.& adduco ꝙ voluit bar.i.l.nemo.C.ꝺ sen. & interlo.om.in.vbi dicit ꝙ l3 snia principis faciat ius quo ad oẽs:nõ tñ faciat ius eiꝰ ꝯsultatio seu rñsio qd itellige verũ qñ ꝑnceps p illã ꝯsultationẽ & rñsionẽ nõ intendit disponere & introducere ius.sed id qd iure cautũ est approbare.

¶ Additio.

¶ Adde tex.& ibi gemi.in.c.romana.§.

fi.de offi.ordi.lib.vj.vbi colligit arg.pro ꝛ cõtra quod iura que dirigun- tur ad certam personam faciunt ius etiam inter alias personas qñ papa respõdet per viã iuris. ad hoc de iuramé.calũ. de quo per glo.in proe- mio cle.ꝛ facit quod no. glos.in clemen.dudum. in.§.huiusmodi.in prin cip.de sepul.ꝛ vide glo. in.c.romana.§.cum an- te.de appel.eodẽ libro. in versicu.qui pro tem- pore.ꝛ pondera text.in c.ex multa.quia posset cauillari.ꝛ dicat ius in cõsultatione edit.ꝭ.edi- tũ esse ostẽdit.sed tene primum quod predixi.

¶ Cõpromissum.

¶ Compromissum [a] su- per potestate eligẽdi nõ potest fieri nisi oib9 ca- nonicis ꝛ singulis con- sentientibus.vnde non sufficit maior pars capi tuli:qꝛ cuiuslibet inter- est singul.vt eligat per se et nõ per alium.ideo quilibet potest cõtradi- cere ne fiat compromis sum:et ideo si compro- missum fiat ab vno no- mine oim aliis presenti bus ꝛ non cõtradicenti bus non valet quia cum ista res non sit leuis im- mo magne importantie debet sigillatim oẽs re- quiri ꝛ expresse consen- tire.istud est dictũ sing. ꝛ obliuioni non traden- dum.Cõpo.in.c.in cau- sis.de elec.qđ do.Abb. ibi reputat mirabile.fa cit in arg.appositũ.d.c. in causis.ꝛ.c.quia pro- pter.ꝛ.c.quia scriptum.

